

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 8

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 9.

Cod. VII. et VIII.

9.

Codex VII.

Chartae. Fol. maj. Saec. 14. v. 15.

Alex. de Hales
part I. Sum.
Theol.

Folium primum membran. litera initiali varie-
gata eleganter ornata. Manus Saec. 14. seu 15
prodit. Continet partem primam Summae Theologiae
+ Alexandri de Hales, foliis 204. quibus tabula aeneae est. Incipit:
"Quoniam sicut dicit boetius in libro de Trinitate
"te"; et finitur: "Sic ergo ad laudem et gloriam
"Salvatoris terminata est inquisitione de his, quae per-
"tinent ad inquisitionem Sanctissimae Trinitatis et di-
"vinae unitatis et trinitatis cui est honor et impe-
"rium per infinita saecula saeculorum amen."
"Explicit primus Liber Summae magistri Alexan-
"dri de Hales ordinis fratrum minorum"

J.
1. 7.

(a) A.
2. 12.

Contuli Codicem nostrum cum editione prima,
nempe ab Antonio Koburger Norimberga 1482. impres-
sa, qua in nostra reperitur Bibliotheca (a),
et illi per omnia similem inveni.

Alexander Alejus, Halensis, seu de Hales, Anglus
ex ord. S. Franc. minor. obiit Parisius 1245. Ma-
gister erat Bonaventura et Joan. Duns Scoti, in-
ter scolasticos Doctor irrefragabilis. Vid. Wadding-
gum in Bibl. ord. minor. et J. I. Anal. ad an. 1245
Notat insuper Clariss. Sanchez / Synonymygraph. Numb.
p. 64; Contra Hambergerum et alios, hanc sum-
mam Alex. Halensis non esse merum Commentari-
um in libros sentent. Petri Lombardi, sed opus Theo-
log. peculiari Systemate elaboratum. Vid. etiam
Sabrie. Bibl. med. et inf. lat. T. I. p. 64.

Alex. de Hal.
part IV Sum.
Theol.

Cod. VIII.

Chartae. Folio maj.

J.
1. 8

Antecedenti per omnia similis. Continet summae
Theologiae Alexandri Halensis partem 4am de
Sacramentis in genere, et in specie de Baptis-
mo, Confirmatione et Eucharistia, usque ad que-
stionem 84. editionis Koburgeriana, quae de poeni-
tentiâ agit, in nostro autem Codicem cum subsequen-
tibus desideratur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 8

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=1717

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)